


V.
2. 13712.
epl. in T.

20712 V.202



A. W.

Annosi Parochi
Versu Descriptio Belli.

Post octo atque decem prognati sœcula Christi
Ultimus ecce annus, multaque, miraque habet.
Papa Pius sextus, Petrique ætate secundus
Ad Francos trahitur vi de Sede sua.
In Christique Fidem, quod sic omni auferat Orbi,
Francia (quod querit) certo insana putat.
Ac Reges Regnis contendit tollere cunctis,
Thesaurosque illos sic retinere sibi.
Francia summe rapax rursum bellare redibat;
Austria sed Victrix undique pellit eam.
Carolus invictus Jordan remeare coegit,
Maslaque Maslenæ pugnans cuncta reddit.
Est tonsus Scherer, victus quoque nomine Victor;
Hincque Moreau absque mora cum illis longe fugit.
Romanamque premens Gentem Generalis & alter
Tempore continuo cœfus Clade trina est.
Anglia cum Russis, Turcisque juvamina præstat,
Francos ut Cæsar pacificare queat.
Desiit, à Francis Republica facta cis Alpes;
Austria cum Russis jam destruxit eam.
Exurgens Romæ Brutus rursum ense peribit;
Russoque Purpureus mox tumulabit eum.
Italiæ Urbs, Regio ferme omnis cum Piemonte
Derepta est Francis, lapso mense trino.
Occisus miles, captus vel vulnere lafns;
Millia de Francis recte ducenta puta.

Annonam cum armis millesis perdidit audax,
Pellitur hinc globis Francia cæsa suis.
De Bonaparte ipso pars plurima perdita Gentis;
Nam nihilum Nilus (crede) favebat ei.
Lignea Libertas tandem comburitur omnis;
Despicit hanc omnis Gens, fraudata prius.
Æqualis Francis nullus desiderat esse;
Sunt cæsi, capti, tum improbi & absque fide,
Francia nunc sapias! nimium non confide sorti!
Felix jam fueras; nescis, qualis eris.
Multa prius multum jam te fortuna fecellit;
Omnia cum perdas, pax quærenda tibi;
Redendum Raptum, pax & servanda fidelis.
Francia sis prudens! & fors Francia eris.
Tempora mutantur, fors & mutatur in illis.
Antiquum dictum: -
Bella gerant alii, Tu felix Austria nube,
- sic inverti modo:
Nunc alii nubant; Austria bella geras.
Bella secunde gerit Franciscus namque secundus;
Facta hoc & Francos, & quemcumque docent.
Incolumis Vivat Franciscus tempore multo
Felices erimus gestis semper ejus.

03005A 327

1799